



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Anno M.D.LIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

constans in renuendo perstet, in me recipio Pontificem neutquam vim allaturum inuito. Scribat ad Pontificem, quæ pro sua causa habebit, antequam munus admittat: cetera mihi curæ erūt. Quæcum significata essent Canisio, & immobilem constantiam obtineret, noluit summo iure vti Rex. Itaque seculi eius anno quinquagesimo sexto Iacobum Lassum admonuit, vt tandem, quando de sententia dimoueri nullo modo Canisius posset, vrgendi eius negotij curam omitteret. Iacobus eas ipsas literas Ferdinādi, quas etiam num habemus, Patribus dedit. Polancus iucundissimum exitum Canisio cōfestim significauit: is ei velut triumphans rescrispit, continuò, quæ spoponderat, Euāgelia sacrificiorum septem persoluturum. Annos quatuor solicitum negotium tenuit, quo à nobis semel exposito, ad institutam seriem temporum stylus est reuocandus.

Nouus iam annus affluxerat quartus de eo 1554.
 seculo, & quinquagesimus. Eius anni principio,
 quod pridem Ferdinandus Rex postulauerat, cō-
 cedendum fuit, vt Canisius in Collegium Archi-
 ducum Viennæ migraret, alter Parentum (ita du-
 os Præsides vocant) in eo futurus. Professores di-
 scipli-

Preficitur
Collegio Ar-
chiducum.